



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris
Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ,
Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum,
etiam recentissimarum, quæ in Schola, & ...**

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter
accommodatæ ...

Complectens copiosè Resolutiones Theologicas, etiam modernas, ad
proxim accommodatas

Archdekin, Richard

Antverpiæ, 1682

§. 5. Pro Regno Angliæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40873

Pars 3. tract. 2. cap. 5. Facultates Missinum. 247
non fuerit rapta , aut saltem in potestate raptoris non existat. Insuper benedicendi paramenta, & alia utensilia ad Sacrificium Missæ , ubi non intervenit Unctio : quibus & alia subinde ad-
duntur.

§. 5. Pro Regno Angliae.

Cum in eo regno non sint Episcopi , aliis Prælatis, & idoneis quibusdam Missionariis concedi solent omnes facultates, quas suprà re-
confusimus pro Superioribus Regularium, & pro quibusdam Missionariis in Hibernia : immutato nonnihil articulo de communicatione facultatum, & ablata restrictione ad art. 19. hoc modo : Administrandi omnia Sacraenta etiam parochialia, Ordine & Confirmatione exceperis. Sic enim ea facultas pro Anglia à S. Congr. ex-
primi solet.

§. 6. Pro Provinciis Hollandia, & confederatis.

EX Ordinatione sacræ Congregationis pro Episcopis titularibus Hollandiæ easdem facultates concessas reperio quas suprà adduxi in formula pro Episcopis Hiberniæ. Nisi quod ter-
tia facultas in illis Provinciis , ad pauperes re-
stringatur : & decima ex parte mutetur , & in-
24. potestas communicandi has facultates relin-
quatur huic Episcopo exercenda in Sacerdotes idoneos, sine restrictione, prout secundum con-
scientiam opus esse judicaverit.

Alij in Hollandia Missionarij impetrare solent facultates similes iis , quas Missionariis quibus-
dam Angliae , & Hiberniæ concedi declaravi-
mus.